Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26119
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quo malo ipse diabolus ciectus est, et hoc ipse predicare non desinit. De eadem re.
Leo epc theodorico epo. Statuentes specialiter iubemus, ut preter dni sacerdotes nullus audeat predicare seu monachus siue laicus qui cuiuslibet scientie glorietur nomine. De uestimentis eccle uel altaris.
Clemens romane eccle presul iacobo iherosolimitanorum epo.
Altaris palla. cathedra. candelabrum et uelum si fuerint uetustate consumpta. incendio dentur quia non licet ea que in sacrario fuerint male tractari. sed incendio uniuersa tradantur.
Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur ubi nullus transitum habeat aut in pariete uel in fossis pauimentorum iactentur. ne introeuntium pedibus inquinentur. De correptione prelatorum.
Leo epc septimo aquilegiensi epo. Inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende sunt quam ad desides neglegentesque rectores. qui multam sepe nutriunt pestilentiam. dum austeriorem dissimulant adhibere disciplinam.
Leo epc rustico narbonensi epo. Odio habeant peccata non homines.
Corripiant tumidi tolerent infirmi, et quod seuerius castigari necesse est non seuientis plectatur animo sed medentis.
Irritate federisque receperit.
Gelasius anastasio impi. Sicut non potest quislibet peruersitatis communicatorem suscepto non parit peruersus probari. sic non potest refutari peruersitas complice peruersitatis admisso. legibus urbis certe criminum consciii susceptoresque latrocinantium pari iudiciorum pena constringuntur. nec expers facinoris estimatur qui licet ipse non fecerit facientis tamen familia...
Greg. seruus seruorum di questino excepfecto. Ut homo litteratus a causis uacet secularibus.
Inutile et ualde laboriosum est hominem litteratum ratiociniorum causas assumere. et in eis quod non expedit se obligare.
Greg. autemio diacono. Uolumus ut frater noster paschalius et uicedominum sibi ordinet et maiorem domus quatinus possit uel hospitibus superuenientibus uel causis que eueniunt idoneus et paratus existere. Si uero neglegentem eum perspicis uel ea que diximus implere differentem. omnis clerus ei adhiberi debet ut communi consilio ipsi eligant quorum personae ad ea que prediximus ualeant ordinari. De eadem re.
Greg. ianuario caralitano epo. Cauendum a fraternitate uestra est ne secularibus uiris atque sine subregula uestra degentibus cuiuslibet eccle res committantur. sed probatis de officio uestro uiris in quibus si quid reperiri poterit prauitatis. ut in subditis emendare quod illicite gestum fuerit ualeatis. quos uidelicet et apud uos habere sui officium magis commendet quam accuset.
Si quis ecclasticorum unquam titulos corrupe siue in rustico Item in eisdem. siue in urbano predio sua sponte presumpserit anathema sit. Is autem qui prepositus est eccle si hoc uel fieri perceperit uel sine sua perceptione factum digna punire animaduersione neglexerit. De dampnatione inuasorum ecclasticorum prediorum. anathema sit.
Pius romane eccle archiepc orthodoxis omnibus. Predia diuinis usibus tradita quidam humanis usibus applicant, et dno nostro cui tradita sunt ea subtrahunt ut suis usibus inseruiant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est. ne predia usui secretorum celestium dicata a quibusdam irruentibus uexentur. Quod si quis presumpserit. ut sacrilegus habeatur, et sicut sacrilegus iudicetur.